

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

An mutuans ratione expensarum vel periculo probabilis in recuperando  
debitum mutuum poñit exigere aliquid vltrà sortem, latè, & exquisitè  
contra Metinam Complutensem disputatur. Cap. LXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

apud emptorem census facultas ultra pensiones annuas  
perceptas recuperandi capitale datum pro censu.

¶ Et quia haec perstat ratio non videtur bene dictum à Iosepho in suis floribus quod si augeatur pretium poterit peri laudemium, quia inquit iam per istud maius pretium impensum recompensatur granamen exigendi laudemium impositum, sed præter quam quod hoc in foro extenori vbi dicitur talis proprius motus receptus, censetur in fraudem proprij motus fuisse intentatum, scandala-  
lum ingereret. Licet forte in censu perpetuo & irredimi-  
bili sententia Iosephi locum habere possit, vbi minor est  
species usuræ, quia prædictus proprius motus attente in-  
spectus de solo censu redimibili ni fallor videtur loqui,  
quamvis neque hoc pro certo ausim asserere, quia Nauar. d. Nauar.  
in vitroque censu sive perpetuo, vel temporario ostendit istam conditionem de non exigendo laudemium esse num. 232.  
seruandam. Quare per hanc extrauagantem P. j. 5. ius ci-  
vile concedens facultatem exigendi laudemium videtur  
esse correctum.

¶ Proinde si census institutus est cum conditione lau-  
demium exigendi, si sic institutus est ante extrauagantem  
P. j. si referatur ad censuram Theologorum, ut decernit  
Pius quintus ibi ad hanc normam in posterum corri-  
endum puto, quia stante iam hac determinatione pontificis  
iniquum est in conscientiâ ei non obtemperare.

(An mutuans ratione expensarum vel periculi probabilis in  
recuperando debitum mutuum posset exigere aliquid ultra  
sortem, latè, & exquisitè contra Metinam Complutensem  
dissipatur.

## C A P. L X X.

I Am de expensis an ratione expensarum liceat mutuan-  
ti conuenire cum mutuatorio, quando verisimiliter ti-  
mentur expensæ, ut aliquid persoluat ultra sortem, quæ a Sotus de-  
tinunt & probatur id licere, quia licet sic per hanc viam iustitia &  
securare indemnem. Huic questioni facit satis Sotus. 2 iure. lib. 6.  
Respondeo ergo quod quatenus ad expensas res attinet nō q. 4. art. 1.

E 2 est du

est dubium quin quidquid debiti recuperandi causatior dispedit possit a debitorc exigere. At multo est inquit) tutius dum creditor hominis vafriciem, & infidelitatem timeret nihil ei mutuare, neque credito vendere, sed dum mutuat expectare solutionis terminum, an forte ha vllis expensis solutio fiat, nam expensarum anticipatae conuentiones vix vsluz suspicione carent, nihilominus tamen dum omnis fraus absit, si probabilibus conjecturam timentur futuræ in recuperando debitum expensa, nempe quia debitor ab urbe creditoris loco distat ab insulam procul abest de expensis & laboribus, creditorem cù debitore tale pactum inire; constitutumque premii pro sumptibus, & laboribus recipere: etiam si nullos polita contingat facere. Nam etiā si esset plura expensurus non posset amplius quam fuit conuentione firmatum recipere, sed prof. Etò licet Sotus hic æquitati nisi videatur res est que non carceret scandalo coram iudicibus, & vulgo: si cas quo sine expensis est sibi debitum satisfactum eas expensas conareretur recuperare etiam si conuentione fusim firmata, quare ab omni specie mali, & scandali abstineendum est, ut fiat sine illo.

¶ Accedit præterea & quæstio illa quam excitat Metina Complutensis, vtrum ratione periculi quod memorem timetur futurū in recuperando postea mutuū, aliquid possit exigi ultra sortem, & an vendor vendens ad creditum ratione istius impendetis in futurū periculi id ipsum possit facere. Occurrit hic Metina b qui suis argumentis & rem non euincat: tamen magnū in contra obstrepedo videtur facillere negotiū, quia sic arguendo appareret in ista.

b Metin.

C. plut. q.

38.

Nam primò sic arguit licet aliquid accipere accusatori, & fideiussori pro periculis, quibus se obiciunt soluendi ex propriis, merces asscuratas, si pereant, vel debitum pro quo a fideiussore fide iussum est, ergo etiam nullatenus erit illicitum vendoribus ad creditum, siue mutuatoribus aliquid ultra sortem debiti, aut murui exigere pro periculo probabili quod subeunt in recuperando isti in futurum.

¶ Item secundo arguit licitum est exponenti pecuniam in societate inde lucrum referre, quia suam pecuniam obiicit negotiādi periculo, ergo pari ratione, licebit mu-

tuatō.

tutori, & venditori ad creditum, quia suas sortes pretij, aut mutui periculo recuperandi obiciunt aliquid amplius velle exigere pro hoc periculo.

**D**einde tertio sic inflat pro eo quod aliquis non tenet exhibere gratis potest aliquid recipere : sed venditor, & mutuator non tenentur cum suo discrimine aliquid muruare, aut vendere ad creditum, ergo ratione huius imminentis in futurum periculi poterit aliquid amplius ultra sortem exigere.

¶ Subinde quarto arguitur locans equum si timet tam  
equum nimia fatigacione in irinere forte diuexadum,  
vel occidendum potest expetere aliquid amplius: quam  
si prius locationis pro periculo equi locati si pereat,  
ergo cur non licebit mutuatori, & veditori ad creditum  
aliquid plus exigere pro periculo recuperandi sibi debi-  
ti quod merito verentur.

Confermat inde, quia subire ista pericula est prelio  
eximibile, ergo quia subeunt ista pericula, licet illis  
quid amplius pretij recipere.

¶ Demum quinto arguit, licet debita periculosa, difficile recuperatu, minoris emere ratione periculi, & difficultatis ea recuperandi, quia pro isto periculo emptor potest minus soluere. Ergo è contrario venditori, & mutuatori, quia subeunt ista pericula licet pro illis aliquid accipere, quia contrariorum contraria est ratio. His argumentis persuasus Metina hanc absurdam & prorsus periculosam opinionem ausus est astrinere, scilicet quod utrumque tam mutuator: quam venditor ad creditū ut se serueret indemnes quādā ista pericula meritò in futurū timentur, de aliquo sibi soluedo pro illis ultra sortē pacisci possit.

Igitur pro veritate constanti quæstionis stabilicnda de acquir.  
est responsia conclusio. Nullatenus licet mutuato<sup>r</sup>, vel posse<sup>s</sup>.  
venditori ad creditum, pro periculo, aut meru etiam pro- d. Sot. lib.  
babili resuperandi debitum quicquam vltra forrem debi- 6. de iustit.  
ti aut mutui percipere. Hæc conclusio est Sot.,<sup>a</sup> est Con- & iure. q.  
radia de contractibus, est Nauarri<sup>b</sup> quod nec periculum  
perendi pecuniam aut pretium mercium, eo quod mer- 4. art. 1.  
cator fugere, aut decoquere potest peti potest, & idem ait  
de deponenti aut commendante pecuniam apud aliquem  
mercato<sup>r</sup>, aut numularium, quia ratione istius modi  
c. 17. num. 243.

E 3 periculi,

periculi, nequeunt isti vltra sortem depositam exigere, & tenentur sic acceptum restituere: quamuis non inten-  
derit pactum, & quamuis appelleretur non mutuum, si depositum ca. consilium cum ei annot. de usuris: neque igua-  
rantia inquit Nauarrus eos excusat. glossa. in cap. plenius,  
14. quæst. 3. quia primò nō ob periculum, sed ob metum  
deposito palliatum accipitur secundo, quia illud petici-  
lum non est considerabile.<sup>f</sup>

*f cap. nau. ḡt̄ de r. s̄r. et c. si f̄x̄neraue. rr. 14. q. 3.* ¶ Hęc conclusio pluribus fundatur à Soto rationibus,

Primò, quia secundum Aristotelem res usuraria est odio-  
sa, & nō est præbēda ansa usuratiis in aliquo casu, nisi sit  
tio conuincat. Sed in hoc casu nulla subestratio probabi-  
lis, vel apparens: quæ ostendat ratione talis periculi, ut  
metus aliquid posse accipi, quia neque mutuator mutus,  
neque vendor vendit inuitus, ergo si est periculum non  
vendat, aut accipiat cautionem aut fideiūstrem.

Quare ergo ratione metus est aliquid acceperunt?

¶ Item secundo pater, quia hic nulla subestratio luci-  
cessantis, aut damni emergentis expensarum, quæ solent  
excusare ab exigendo aliquid vltra sortem, qua ergo noua  
fictione solus metus recuperandi excusare poterit à pla-  
xiā exigēdo: sed dicet Merina quod ratione metus excusat,  
quia ille meus est pretio extimabilis sed contrā, quia ille  
metus non est vendibilis, tum quia sponte mutuando, et  
vendendo ad creditum mutuator, vel vendor accepit  
illum, tum quia mutuatarius, vel debitor non tenet alter  
leuare vel recōpenfare illum metum, quam soluendo  
sortem debitam, sic enim facit satis. Item, quia si sine pre-  
via pactione de soluendo sibi aliquid pro isto metu, posse  
ea isto metu mutuator multum anxiaretur non ideo pro  
tali metu teneretur ei soluere mutuatarius aliquid vltra  
sortem quia metus non est pretio extimabilis, ergo neque  
etiam tenebitur vltra sortem soluere etiam si præcessent pa-  
ctum de soluendo aliquid vltra sortem pro illo.

¶ Conclusio secunda sit, quæ est Nauar. Licet ratione  
periculi & metus in recuperando, deponens pecuniam à  
depositario suo nihil vltra sortem possit exigere, tan-  
tem potest recipere à depositario gratis donatum ob grati-  
dinem, eò quod ex pecunia deposita fuerit lucratus etiam  
si libentius suam pecuniam penes hunc gratū, quā penes

alium

alium depositam habeat, & etiam si depositarius illud det  
sperans, quod ob huiusmodi largitionem ab ipso pecu-  
niam suam non auferet. Hæc est etiam Caiet. & patet,  
quia omnia hæc sunt gratuita, vñsura tamen esset secun-  
dum Navar. si mercator illud daret tamquam ad id ob pre-  
cium, & vñsum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob  
hanc eandem rationem acciperet, aut speraret & etiam si  
principaliter ob hæc deponeret.

g Caiet.  
22.4.78.  
art. 2.

Nunc superest ad argumēta in oppositum responde-  
re. Ad Primum igitur negamus cōsequentiā, quia contra-  
ctus fideiūssionis, aut assēcrationis sunt pretio extimabi-  
les, quia hic interueniunt obligationes ciuiles pretio exti-  
mabiles, quia in illis non interuenit mutuū virtuale, aut  
fotmale. Vnde in illis nulla admiscetur ratio vñsuræ si pro  
obligationibus fideiūssionis aut assēcrationis aliquid ac-  
cipiat neq; enim fideiubens, aut assēcurans recipit ali-  
quid quod oporteat ei reddere: vt vñs uenit in mutuatio-  
ne, aut venditione ad creditū. At verò mutuatio, atq; etiā  
venditione ad creditum, quia implice continēt mutuum,  
grāns fieri debent, nihil vñtra sortē sperando ex illis & sic  
ea que consequuntur ad mutuū, quod hic reperiuit, qua-  
lia sunt periculum, & metus debita recuperandi, debent  
concedi gratis quia iste metus est consequens & accesso-  
riū ad mutuum virtuale, quod inuenitur in vēditione ad  
creditum. Vnde quia accessoriū secundum ius debet sequi  
naturā p̄ncipialis, si autē mutuum quod implice etiam  
continetur in venditione ad creditum debet dari gratis  
etiam periculum recuperādi debitum quod consequitur  
accessoriū ad mutuum debet quoque cōcedi gratis, qua-  
te non licet pro eo aliquid accipere.

¶ Ad secundum argumentum respōdetur negādo an-  
tecedēs quod pro periculo, quando pono pecuniā in so-  
ciate aliquid lucri accipiam, sed ideo licite inde repor-  
to lucrū: quia expono eā negotiationi, quia sic exposita  
negotiationi est fructifera, & periculum cum quo eam  
expono negotiacioni solum habet se ut causa sine qua  
non illa pecuniā non mihi fructificaret.

¶ Præterea negatur etiam cōsequētia quia si ex pecu-  
niā posita in societate possū reportare lacrū est meū q̄a-  
manū veluti mea, vnde si in societate casu fortuito p̄creat,

E 4 non

non possum eam repetere. At mutuum quod mutuo, i  
casu fortuito pereat, & merces vendite ad creditum sim-  
liter, possum mihi debitum mutuum, aut pretium refe-  
re, vnde ex differentia hac sequitur quod possum ex pe-  
cunia posita in societate lucrum reportare, ultra sortem,  
non tamen ex mutuo, aut mercibus venditis ad creditum.

¶ Ad tertium argumentum negatur minor, quia non  
est vera regulariter, immo nusquam est verū in casu mutuorum  
& venditionis ad creditum, quod non teneatur mutuare  
gratis, etiam si faciat cum metu, & cū suo periculo, ut pa-  
ret in simili, quia licet extra casum, quo obligat prece-  
ptum eleemosynæ non teneatur quis erogare eleemo-  
synam, tamen si de facto vult largiri alicui indigenam ele-  
mosynam sub nomine eleemosynæ, absurdum est dicat:  
quod pro tali eleemosyna possit aliquid exigere: quia  
iam non est eleemosyna nisi gratis erogaretur. Sic quia  
mutuum, & venditio ad creditum ut potè implicitu con-  
tinens mutuum, gratis fieri debent (quando sunt) nihil ul-  
tra sortem exigendo fieri debent. Licet ad hæc mutuum  
& non vendere ad creditum: tamen si de facto ista facta  
non ideo pro his potest ultra sortem aliquid exigere.

¶ Ad quartum argumentum de equo accommodando  
respondeat Sotus concedendo antecedens, & negando co-  
sequentiam, quia licet possit locator pro periculo veni-  
mili equi locati, quia timerit usque ad mortem defi-  
gandus aliquid plus accipere: tamen id est quia equus ille  
est domini cum locantis. Vnde dominium illius manet  
apud dominum locantem quare potest inquit pacienti  
sibi detur aliquid pro periculo rei sua ut se seruer inde-  
nem circa rem suam. At vero per mutuum, vel venditio-  
nem ad creditum, dominium transferitur in emptore vel  
mutuatarum, vnde tanquam dominis res iste suo stat pen-  
culo cu obligacione certa soluendi eas, ideo muras, vel  
veditor nihil potest exigere pro periculo. ¶ At vero licet  
Sotus concederit antecedens, sed ego nou tam libenter illud  
concederem quia de ratione locationis est ut res locata  
domino suo locanti pereat: nisi leui culpa conductoris  
perierit, quare solum videretur locator re equi pro periculo  
equi probabilis aliquid amplius posse exigere casu, quo  
suo iusti

Si uiri renuntiaret, ut scilicet de leui culpa aut forte la-  
ta conductor ei non teneretur, quia ut quis non teneatur  
de dolo, quia est contra bonos mores, non potest renun-  
tiari. Ad confirmationem negatur quod subire ista peri-  
cula in mutuo, & venditione ad creditum sit prorio exti-  
mabile, quia sicut mutuum, & venditio ad creditum ex se no-  
sunt magis extimabilia quam sors mutui aut pretij solue-  
dipò mercibus: ita neque istud periculum, quod conse-  
quitor accessoriè ad ista, quia accessorium sequitur na-  
turalam principalis.

Ad quiorum argumentum concessso antecedenti ne-  
gatur consequentia. Primo quia debita periculosa in se  
minus valent, quia qui ea vendit non assecurat illa, sed  
tunc vendit ius, & actionē qualemvisque habet ad illa,  
at vero mutuata pecunia & pretium speratum non in se  
minus valent, tum quia mutuatarius aut debitor taliter  
est astriclus ad ista soluenda, ut etiam non solum per  
chirographum dederit actionem recuperandi ista debita  
tertio, quod tantum fecit qui vendit debita periculosa,  
sed ipsam personam sua cum suis bonis habitis, &  
habendis mansit obnoxia.

Citē, quia persona mutuatarij satisfacit, tollitque metū  
mutuum, & periculum dum soluit. At vendor debiti periculosi si  
empor illud recuperare postea nequit à tertio debitore,  
illud periculum non soluit, aut tollit: quia neq; ad id māsit  
obnoxius, quia ut ab hoc grauamine immunis maneret,  
idcirco illud debitu periculosum minoris vendidit. ¶ Pre-  
ter argumenta hæc quod lucidius veritas clarescat & alia  
duo liber superaddere. Primo sic arguitur, licet pro obli-  
gatione mutuandi ut supra diximus aliquid exigere, ergo  
tia pro obligatione subeundi istud periculum, quia quare  
magis pro illa obligatione quam pro ista non licet. Et  
quare illa potius quam ista, erit magis extimabilis pretio,  
postquam utraque obligatio annexatur mutuo. ¶ Argumē-  
ti est secreriorē expostulans doctrinā, & differenziā. Igi-  
tur solutio consistit in differenziā utriusque, quia obli-  
gatio civilis & permanens mutuandi, ideo est extimabi-  
lis pretio, sicut obligatio ad offerendas missas in capella-  
nia, quia de per accidens illa obligatio mutuādi adiungit  
mutuum, & est veluti praæambula antecedens mutua-

E 5 tuationem,

tionem, & ideo est extimabilis pretio, quia per eam re-  
nuntiat mutuator sua libertati non mutuandi, qui po-  
terat ante istam obligationem non mutuare. ¶ At vero  
periculum recuperandi debitum nihil valet, tum quia  
aliquid est, iam tollitur quando capitale postea soluta  
ad quod perdendum mutuans non se astrinxit. Tum quo  
illud periculum potest cautione fidelis fideiussoris tolli  
& tandem potissima ratio & differetia est, quia istud pe-  
riculum de per se sequitur ad mutuationem, & ad videntem  
ad creditum tanquam quid accessorium induens na-  
turam principalis, quare nec istud periculum neque obliga-  
tio subeundi illud, postquam intenditur nihil omittere  
de recuperatione mutui est extimabile pretio, sicut ne-  
que ipsa mutuatio: quae est quid principale ad quod ac-  
cessoriè sequitur.

¶ Secundò arguitur lucrum cessans consequitur ad  
mutuum. Ut patet, quia ex eo quod mutuator mutuans  
consequitur ut effectus ad causam, quod cessat lucrum, &  
tamen nihilominus mutuans pro lucro cessante potest  
aliquid ultra sortem exigere, ergo etiam pro isto pericu-  
lo licet consequatur ad mutuum, nihilominus potest  
mutuans aliquid exigere.

¶ Licet argumentum istud videatur tantillū premere,  
sed in promptu est eius plana solutio, quia non est ei-  
dem ratio, quia illud periculum omnino accessorium &  
consequens est ad mutuum quia per mutuationem cau-  
saturnum est. At vero illud lucrum cessans, licet non erat acta  
ante mutuationem, erat tamen in potentia, quia ante mu-  
tuationem mutuator paratus erat, & in potentia ad in-  
crandum si non mutuasset.

¶ Virum ratione pœnae mutuanti, vel vendenti ad creditum in  
dilatatione liceat aliquid exigere & quid si casu fortuito non  
potuit solvere, an tenetur mutuatarius ad pœnam vel inten-  
tione, & de quibusdam casibus positis à cordubā.

## C A P. LXXI.

**S**ubsequenter expostular series materie querere, vici  
ratione pœnae mutuanti vel videnti ad creditum aliquod  
exigere lege diuina, vel humana sit licitus ac permisum.  
Est dictum an sic liceat mutuatori conuenire, en tibi. 100  
mutuo